

facili et perspicua ratione debuisti, imperitor aggressum esse
nisi quod in explicanda latitudine et elevationis investiganda
modis plusculum obhasisse videris, et produxiste Tractatum
aliquot capitibus non tam necessariis, quin pro instituto
pauculis perstringi potuissent. Ecce vero ut in culpam
garrulus incurro, quam tibi, Vir amice, objicere ausus sum
Ignosce prout et propenso erga te affectui, et me amice, dilig
ut quidem te praesente saepe multumque frui optem.
Nunc vero quam remotissimum, et trans sava Alpium jura
nectum velim, ut ne sero Florentiam adeas, et extractum
(quod cum Principe metuo) nebulosum illud sidus reperias,
sine quo parum est, quod de luce Jovis et Satellitum, orbis
Ferraram polliceamur. Vale. Haga Com: 11X Cal. Feb: MDCCXXII

Bannio.

Noordgeest

(263)

In causa sunt, Vir Amplissime, tot rerum avocamenta
quibus me obrui in hoc pristino nosti, quod P. Mercurii
Antharmonista tui, epistola, quam vides, aliquot septi
manis inter schedas meas latuit, neglecta vel dilata
neutrum enim diffiteor, humanitate tua securi fr
tus. Excusa igitur ut soles hominem occupatum
aque (ut apud veteres legitur) ita inter omnes convenit
nullam rem bene exerceri posse; quando districtus animus
nihil altius repetit, sed omnia velut inculcata respuit

Seneca sic, ni fallor pronunciarit, nam Libris hic non
sumus instructi. Vale mi Banni, et quam brevi pu
blico impetire statueres qua ad rem Musicam
commentatus es, ubi commodum erit, indicato.

Studiosissimo Tui

In Castris ad Bopponium
pro: Cal. Quintil: MDCCXXIX.

C. H.

De vander-gruysio cum stupore dolui.
Hoc pars vtilissimas rerum amissa potuisti opes!

Heinsio.

Noordgeest

Nobilissime Domine

(264)

rogat me subtilis, neque ut opinor, facile substatenda
Philosophia autor d. Decartes, familiaritate mihi qui
glorian

gloriosè intima, et quali paucos homines dignatur, conjunctissimus, ut precibus apud te experiar, an gratificari posses viris in Gallia eruditis, et in honore positis, qui hoc summopere ab illo, et a me, nimirum apud Heinsium pro merito gratioso, contendunt, ut ex Bibliotheca, quam Leida regis, commodatò sibi ad paucos menses copia fiat librorum Arabicorum, quos vocant Heronis Baralcon et Ptolemæi Casurn: utriusque ^{numero} ~~numero~~ eorum quos ex Oriente Golius noster attulit, vadinonis hoc quidem Amstelodami interpositis, ad quaslibet pecunie summas. Vides sis, mi Amice quousque vim humanitati tuæ fieri passurus sis; proinnum ut Literis et Literatis faueas, deinde et meæ existimationi consulas, cujus hanc præcipuam partem duco, valere penes te videri quod cur valeam, satis mihi conscius sum nihil causæ esse. Vale Deum meum a
 Tuto tuo.
 C. H.

Raptim 30. Junii 1638.

Tædæ cladis, Romanisque (ut apud Florum est) nec Batavis usu cognitæ, quam accepimus, eventum nosti. si causam quæris, quidquid malenoti obstrepant, hæc mihi crede præcipuam fuisses, quod quibus rei administratio commissa fuit, non satis illud Imperatoris apud Tacitum meminerint; vobis arma et animus sit; mihi consilium et virtutis vestræ regimen relinquit. Sed in sinu hæc neque enim allegari volo.

Pontano.

noordgeest.

(268)

Turpis et infanti silentio reus, ad binas literas, quibus, cum singulis maneribus, non audeo reminisci, quando me compellasti, vir Doctissime, cum nec frontis mihi nec facundia satis inuenirem, quæ te tam grandi intervallo alloqui sustinerem rogari præstantissimum Collegam tuum J. Revocotium, cum Hagæ nuper me adiret, ut verbis quam posset aptissimis ornatissimisque, infans negligentia, cui pame di. hære conaretur; quo nun officio fungi meminerit nondum scio. fretus tamen humanitate tuâ, tandem te convenire audeo, unum illud postulans, ut severè calculum ne ponas cum homine occupato, à quo, ut apud